



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Decretum. IX.

De lita-
narum in-
structionū,
& memoria-
lis ab eccle-
siasticis ha-
bendus.

OMNES & singuli sacerdotes at-
que clerici, librum Litaniarum nuper
iussu nostro editum mensis spatio sibi
comparent.

Quod ut planè præstetur, id Visitatores
nostri, & Vicarij foranei efficiant om-
nino.

Idem etiam de libro instructionum iā-
diu in lucem edito sancimus.

Hoc ipsum constituimus de libro, quem
præcipuè ad perpetuò retinendam me-
moriā benefici, quod in peste mirabi-
liter extincta ciuitas & diocesis Medio-
lanensis à Dei misericordia accepit, nos
confecimus, in lucemque propterea edi-
uimus.

Decretum. X.

Decima So-
minario at-
tributa ad
medietate
redacta.
Sess. 23. dec.
de refor. c.
38.
Fron. i. tit.
de sem. pag.
23.

IAMPRIDEM Concilij Tridenti-
ni auctoritate, vniuersis singulisque
beneficijs ecclesiasticis vrbis & diocē-
sis nostræ Mediolanensis certam fructuū
portionem seminario soluendam impo-
sumus.

Nunc verò cum & beneficiorum eccle-
siasticorum, quæ eidem seminario adiu-
ximus accessione, & alia præterea ra-
tione illius census auctus sit; æquum ef-
se statuimus (vt in eodem etiam Tri-
dentino, prouinciali que Concilio decer-
nitur) pro ratione accessionis factæ, one-
re cōtributionis ea beneficia quibus il-
lud impositum fuit, leuare.

Itaque de consilio Deputatorum eiusdē
seminarij, illam fructuum portionem,
quam iampridem in ipsa seminarij in-
stitutione atque erectione imposuimus,
hoc decreto ad mediam illius summæ
partem redigimus.

Decretum. XI.

SYNODVM diocesanam septi-
mam, quam ex sacri Tridentini Conci-
lij decreto, anno sequenti M. D. LXXX.
iuuante Christo Domino celebraturi
sumus, ad decreti nostri diocæsani præ-
scriptum indicimus & significamus fa-
turam esse eodem anno, die scilicet vige-
simo mensis Aprilis.

Indictio sy-
nodi iun-
ris.

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VII.

Quam Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Præcedis
Archiepiscopus.

Habit Anno à Chr. natiu. M. D. LXXX.

GREGORIO XIII. PONTIFICE.



N hac Synodo de
more promulgata
sunt Concilia Pro-
uincialia duo, nem-
pe quartū, & quin-
tum. Qua in pro-
rogatione synoda-
li penè tridū con-

sumptum est: ideo nullum temporis spa-
rium relictum fuit alijs decretis diocē-
sanis vel conficiendis vel euulgandis.
Verum Archiepiscopus concionibus,

quas quatuor in frequentissimo Cleri
synodalis conuentu habuit, de toto ec-
clesiasticæ disciplinæ genere ita expli-
cate, atque adeo vberimè disseruit, vt
fermè omnium constitutionum synoda-
lium instar illa esse queant. Et quo-
niam hac ipsa synodo primū, syno-
dalis disciplinæ modus præscriptus est
certa tabella: hic apponi eam non alic-
uius esse iudicauimus.

D E